



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Atrio, Porticv, & vestibulo. Cap. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

exhibit, ut planè ex sacris basilicis Romanis in aioribus ad eum modū exstrutis perspicitur.

Illa porrò ædificij rotundi species, olim idolorum templis in vsu fuit; sed minus usitata in populo christiano. Ecclesia igitur omnis, ac illa præsertim, quæ insignem structuræ speciem requirit, ita ex ædificanda potius erit, vt crucis instar sitque cum multiplex, tum oblonga esse potest; hæc in frequentiori vnu, reliqua minus usitata sunt.

Ea igitur, quæ crucis oblongæ similitudinem præfert ædificatio, vni potest, in omni ecclesia, vel cathedrali, vel collegiali, vel parochiali, quæ exstruenda est, sicut ructur.

Vbi vero situs de consilio architecti, alias potius quam longam ædificij formam postulat, ad illius præscriptum modum Episcopi iudicio comprobatum, eiusmodi structura ecclesiæ fieri poterit.

De modo ecclesiæ ædificandæ instar crucis.

Hacque ipsa Ecclesia, siue unam tantum, siue tres, siue quinque, ut dicunt, naues habitura est, crucis instar, cum alia multiplici ratione & modo, tum hoc uno constare potest, exstructis scilicet extra cappelle maioris ingressum duabus ab utroq; latere cappellis; quæ ad brachiorum similitudinem producuntur, à toto ecclesiæ ædificio pro amplitudine extent; ac foris aliquatulum pro architecturæ ratione promineant.

DE PARIENTIBVS Exterioribus, & frontispicio. Cap. I I.

Reliqua autem, quæ ad structuræ genus, ad parietes bene materiaatos, eorumque sumititudinem, incrustationem, tectorium ve opus, aliaque id generis continent; pro ecclesiæ ex ædificandæ modo, proque regionis locive conditione, iudicio Episcopi, ac de architecti consilio diligentius statuentur.

Illa tamen ratio in parientibus extrinsecus habeatur; ut qui à latere, & à tergo sunt, in ijs nulla imago exprimatur: qui

à fronte, ed decentiorem augustinemq; aspectum præferent, quod sacris imaginibus picturisve sacram historiam experimentibus ornatiores erunt. In frontispicij igitur pio ornatu, pro structuræ ecclesiæ istæ ratione, proque ædificij magnitudine, architectus videat, vt cum nihil profani appareat; tum rursus splendide pro facultatibus exprimatur, quod loci sanctitati conueniat.

Illud vero præter cetera adhibetur, vt in vniuersalibusque ecclesiæ, præsertim parochialis frontispicio, à superiori scilicet parte ostij majoris, extrinsecus pingatur, aut sculpturæ decore religioseque imago beatissimæ Mariæ Virginis Iesum filium in complexo habentis; à cuius latere dexteræ exprimatur effigies sancti, sanctæve, cuius nomine illa ecclesia nuncupatur; à sinistro alia item sancti, vel sanctæ, cui præ ceteris parochiæ illius populus venerationem tribuit; aut saltē (si totum id triplicis imaginis opus fieri non potest) sancti, sanctæve solius tantum figura fiat, cuius nomine ipsa ecclesia appellatur.

Quod si vel annunciationis, vel assumptionis, vel nativitatis Sanctæ Mariæ titulum diemve festum ea ecclesia habet; beatissimæ virginis effigies exprimatur, quæ mysterij ratione conueniat.

Vt vero à pluvia & téporis iniuria perpetuo defendatur; id structuræ opere solerter prospicere architecti erit.

Cetera porrò, quæ aut sculpturæ, aut picturæ opere, alijsq; gravibus ac modestis ornamentis, frontispicij ecclesia maiestate augustam religiosamq; reddunt, Episcopus architecto etiam si opus est adhibito viderit, puto ecclesiasticæ edificationis quæ struetur, ratio posset.

DE ATRIO, PORTICO, & vestibulo. Cap. IIII.

Atria præterea in frōte sacræ ædis, pro areæ ratione, proque ædificij ecclesiastici structura fiet, de architecti consilio, intus ab omni parte porticibus cinctum, alioque decenti architecturæ opere ornatum.

Si vero præ situs angustia, aut præ tenui-

censu,

senſu, id exædificari non potest; porticus ſaltem a fronte itidem exſtruenda curetur.

Quæ porticus columnis marmoreis, aut pilis lapideis latericioſe ereta, longitudine omnino ecclesiæ latitudinem adæquet.

Lata autem, atque alta ita eſte debet, ut longitudinis ſue rationi recte conuenienterq; repondeat.

Hac forma in unaquaque ecclesia parochiali porticum extare conueniens erit. Si per inopiam ne id quidem praefari potest; ſaltem proſlus curetur, vt ante ianuam maiorem veſtibulū eiūmodi exſtruatur, quod duabus tantum columnis vel pilis aliquantulum ab ea diſtatiibus exædificatum, forma quadrata ſit: tantumq; ſpatij habeat, ut paulo latius quam ecclesiæ ianua patet.

D E T E C T O . Cap. V.

ET quoniam tecti magna eſt habenda ratio, propter ea quod omne ædificium tueatur: ſi quidem eo ſublato, aut male confeſto, putrefacta materies, labascunt parietes, omnisque ſenſim diſſoluitur ſtructura; certè in ecclesia tegenda, quæ ſacri imaginibus, omnique pio ornatu, & religioſo apparatu, ad perpetuam exſtruitur, diligens ac singularis induſtria requiriſt architecti.

Qui quæcumque tecti, vel diſpluiani, vel teſtudinati, vel laqueati formæ, pro ædificij ratione delegerit: videat in primis, ut & materia lignea fabrilis, nempe tigna, canterii, templa, aſſières, & alia id generis, ex quibus illud conſtat, & cognitio omnis bene firma ſit.

Tegendi autem tecti ratio, cum & pro regionum vſi, & pro edificiorum modo diuersa ſit, ipſe viderit, quæ ecclesiæ exſtructio ſi accommodatior.

In ecclesiaram autem, quæ insigni ſtructura exædificatur, & ample cerasi ſunt, tectis operiēdis, regulas, ſi minus et ea, ut olim, at ſaltem plumbeas adhiberi conuenient.

Laqueata tecta in ecclesijs, conſtrui, cuī basilicarom quarundam Romanarum vſi docet; ſum mysteriū ſignificatio ſua dicit: fornicata, tamen fieri non alienum

erit pro locorum conſuetudine, quod tertia ab incendio edificia ſint; qualia ſunt nè fornicato opere tecta in basilicis urbibus & pronuncia Mediolanensis inſignibus atque antiquis cernuntur.

Cautio vero in eo adhibenda erit, ut tecti proieſtura eiusmodi fiat, qua ſtillicidia ab imis parietibus arceantur, proculve ſint; idq; apte ac decenter, prout certo ſtructuræ opere potest, fieri archi tecti cura erit.

Ne item ſuggrundijs ob ſtillationē diurnam detrinumentum parietes aliquando capiant; eorum fundamenta, vbi pri- mūm ē terra extare incipiunt, pauimenter lithos traxiſ benè consolidatis, ſuggrunda latius aliquantum productis ſter- nantur: tum vero terra congeſta inde procul perpetuò amota ſit.

Ne præterea ijdem poſſint per pluia- ſtillicidijs penetrari, ſi fortaſſe aliquando regulae, imbricesve corrupti fuerint; in illorum ſummitate, quæ tecti trahibus ſubiacebit, ſtructura loricave teſſe- cea cum coronis prominentibus adhi- beatur, quæ tecti etiam proieſtura adiuabit.

D E P A V I M E N T O . Cap. V. I.

ATque hactenus quidem de tecto; nunc ſequitur paumentum: quod in ecclesia non ſpicatum, nō ē latericli coctilibus, non alio latericio opere, nati- vitriato ſit; ſed in inſigni ſalt in ecclie- fia, cappellisq; maioriibus, & alijs pra- clara ſtructura, marmore, aliove ſolido lapide ſtratum ſit, opere ite in teſſelato, aut ſcutulato politè confeſto, aut muſinō item.

In alijs vero ecclesijs & capellis, ybi hoc non poſt, ſilicibus expoſitis, vel opere teſtaceo confeſtum.

In paumento, quale quale illud ſit, neq; pictura neq; ſculptura crux exprimatur; nec vero præterea alia ſacra imago, hiſtoriae, ac ne alia item, quæ ſacri my- ſterij typum gerat.

D E O S T I I S . Cap. VII.

DE ostijs, & antepagmentis ſacrariis diuidim multa a ſapientibus archi- tecis